



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

25. Andocides.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Aut in Sicilia, eum rogatus quodnam se estimaret optimi respondisset, illud ipsum esse, ex quo Harmodij, & Aristogitonis statuae, (qui tyrannu Hipparchum de rerum humanarum culmine sustulerant), essent confectae. Extant eius orationes in Graecoru oratoru volumine.

a Ab Hermogene agnoscitur inuention, & princeps politici characteris, ευρεινός & ἀρχηγός τῶ τῶ πολιτικῷ, de idea.

b Ab alijs eidem ipsi ῥητορικῶν λόγων inuentum tribuitur, διὰ τὸ λαβῆν ἐπένομον, & τὸ Νέσορα.

Andocides.

CAPVT XXV.

Natus est Andocides Olympiade septuagesima octaua, principe in rep. Atheniensiu Theogenide, centu annis Lyfia antiquior, homo (ut apparet ex Plutarcho) factiosus, varijsque ob improbitatem periculis, & laboribus exercitus. De eius stylo ita ceter idem auctor, ἐστὶ ἁπλοῦς, & ἀκατάσκευτος ὡς τοῖς λόγοις, ἀφελές, & ἀσχημδτισος. Simplex est, sine apparatu, inornatus, & minimè figuratus: quicquid tamè dicat Plutarchus: grauis est, affectus habet, lacertos quoque, & figuras, sententijs satis vehementes. Nam, ut caetera omittā, ea nobilissima C. Gracchi aporia, qua dicitur, vel inimicis lachrymas elicuisse, fluxit ab Andocide. Sic enim ille in oratione de mysterijs. Μὴ τοῖ τον εἰ αὐτοὶ τειδιᾶτε, & τὸ πειρασμένον αὐτοῖς ἐπιλάθητε· ἀλλ' ἀναμνηθεῖτες τ' ἔργων νομίσατε τὰ σάματα αὐτῶν ὅσῳ ἀφουμένων εἰμὲ παρ' ὑμῶν ὄσῳα. τίνα γὰρ & ἀναβιβασομα δεησόμενοι ὑπὲρ ἑαυτῶν, τ' πατέρα, ἀλλὰ τειδιχεν, τοὺς ἀδελφούς, ἀλλ' ὄσῳ εἰσίν. ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' ὄσῳ γενέτω. ὑμεῖς τεινω & ἀντίπατρός εἰμι, & ἀπὸ ἀδελφῶν, & ἀπὸ παίδων γενέσθε· εἰς ὑμᾶς καταφύγω, & ἀντιβολῶ, & ἰκετεύω· ὑμεῖς με παρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀτητάμενον σώσατε, & μὴ βούλεσθε Θεήλατες, & Ἀνδρίτες πολίτας ποιέειν δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν, τοὺς ἦ ὄντας πολίτας ὁμολογομένους, οἷς προσηκεί ἀνδράσιν ἀγαθοῖς εἶναι, & βελόμενοι· διωχθέντα, τοὺς τοὺς ἦ ἀπόλυτε μὴ δύντα. mouet à suis maioribus grauter: Quare nolite, etiam si mortui sint, rerum gestarum obliuisci, sed illustriū facinorum recordati, et illi-

Andocides in or. de mysterijs. p. 9, n. 15.

mate eos viuos, & praesentes adesse pro mea salute deprecatores. Ad quem enim confugiam? què mihi supplicem adhibebo? Patrem? at mortuus est; fratres? nullos habeo; liberos? non dum mihi nati sunt. Vos igitur mihi estote pro patre, pro fratribus, pro liberis, ad vos confugio, oro, & obsecro: seruate me, & nolite virorum penuria Thefalos, & Andrios in ciuitatem vestram asciscere; vestros verò ciues, qui boni viri, ac fortes esse maximè possunt, & erunt, perimere; Quid in perorationibus Demosthenis huic simile? Bius quatuor orationes extant in volumine Graecorum oratorum.

Lysias.

CAPVT XXVI.

Lysiam, si Musis placet, ad caelū vsque Graeci homines sibi, suisque plaudentes similibus, efferunt Ego nihil in eo sublime, aut admirabile video? Venustus est scriptor, ac politus, quis negat? nihil habet insolens, nihil ineptū, concedatur: sed tenuis est, inornatus, & toto genere strigosior. Nec mirum, priuatas illas plerāq; & eas ipsas alijs, & partiarum rerum causulas scripsit, ex quo necessario sit ieiunior; quoniam se ipse consulto ad minoratum genera causarum limaui. Appositè, & loco de eodem dixit Fab Quintil. quā de Demosthene, Aeschine, & Hyperide verba fecisset: His (inquit) Lysias aetate maior, subtilis, atque elegas, & quo nihil, si oratori satis sit docere, querat perfectius: nihil enim in eo est inane, nihil accersitum; puto tamen fontiquam magno flumini propiorè. Sit igitur fons, vel fonticulus, & caueat se cum magnis fluminibus comparare. At verò Dionysius Halicarn. in eius laudes se effundens, iustā orationē scribit, non modò eius proprietatem, perspicuitatē, et rotunditatē, gratiam, puritatem commendat, sed etiam audeo dicere eum περιττῶ, & σεμνῶ, & μεγάλῳ φαινεσθαι πράγματα ποιῆν. quod nemo veterum in Lysia propriū agnoscit, vel eorū, qui plenius huic indulgent oratori: etiam cum Isocrate comparat, rosam cum anemone. Quamò melius Plato in Phedro, qui rē indignam putat, Isocratis opera, cum orationibus Lysie comparare? quod ille maior esset & indole, & virtute, etiam si tum esset adolescens, cum iā Lysias in oratione venisset ad summū gloria? Quod veid χόριν e- tamen con- ius κρατίζητε ἀρετῆν, & χαρὰ κληρικῶν ἀπὸ τῶν Μνηστήθε δειξίς, quasi solius sit Lysiae, κίχαρη. ptoleumum. C mi-

Photius proprietas eius virtutem indicat τῶν κῶλον ὑπόμνησον & τῆς καὶ δὲ ῥῶ τῆς ἰουκ- δὲς mem- brorum cō- cinnitatem, & florem puritatu. Cic. de op- timo gen- orat.